



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 31. Adventus Latronum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. pum interficerent, facinus peragere ani-
A.C. 1170. mo constituerunt. Erant vero hi Equi-
Gervas. tes Renaldus Ursi filius, Hugo de Mo-
1170 vit. reville, Guilielmus de Traci, & Richar-
c. 12. dus Brito, qui in ipsa nocte Nativitatis
 Domini conspirantes jurejurando ad ca-
 dendum Archiepiscopum se obstrinxer-
 runt, ac in Festo clam e Regia discesser-
 runt. Itinere celeriter confecto, cum
 ventus etiam faveret, die Lunæ in Festo
 Innocentium in Angliam appulsi ad Ca-
 strum Saltizde, quod Rudolphus de Bro-
 sex milliaribus a Cantuaria remotum
 custodiebat, diverterunt. Nocte deli-
 berando, qua ratione potissimum desili-
 nata exequerentur, consumta, ubi illuxit,
 nempe die Martis, vigesima nona Decem-
 bris, coacto agrestium agmine, Cantua-
 riæ veniunt, in Monasterium S. Augu-
 stini se conferunt & cum Clarembaldo,
 electo illius loci Abate, hoste Archiepi-
 scopi manifesto, consultant.

§. XXXI.

Adventus Latronum.

c. 13. **I**nde conjurati ad Domum Archiepisco-
 palem digrediuntur, ubi Præfulem jam
 pransum, & cum Clericis, Monachisque
 suis de quodam negotio colloquentem
 habuerunt. Intrant triclinium, & ne-
 mini salutem dicentes in pavimento ad
 ejus pedes consident. Post breve silen-
 tium,

tium, nomine omnium dixit Renaldus: Sæcul. XII.
Venimus a Rege missi, ejusdem mandata A.C. 1170.
 afferentes. Quæro, an ea secreto vel
publice audire velis. Et respondentे Archiepiscopo, istud mibi perinde est,
facite quod jussi estis, ut videbitur; Renaldus: Ergo secreto ac tibi soli dice-
mus. Archiepiscopus cunctos, qui cir-
 cumstabant, exire jubet. Ostiarius ta-
 men omnibus egressis redeuntem in clau-
 stra januam manu sustinuit, ut qui foris
 starent, quid intus ageretur, conspicere
 possent. Postquam deinde Equites,
 quod volebant, exposuissent, respondit
 Præsul; petere se, ut hæc a pluribus au-
 direntur, præcepitque Clericos & mo-
 nachos non autem Laicos revocari.
 Quibus admissis, Renaldus: *Regis nomi-*
ne, imperamus tibi; Regem filium ejus
adi, & redde quod debes. Respondit
 Archiepiscopus: *Puto, id a me factum*
esse. *Minime gentium,* ait Renaldus,
quia ejus Episcopos suspendisti; unde cre-
dimus, quod coronam capiti ejus detra-
bere cupias. Archiepiscopus: *Quin*
contra quam dicis, cuperem ei plures co-
ronas imponere. *Episcopos vero non ego*
sed Papa suspendit. Renaldus: *Tu su-*
suspendisti, quia te instigante suspensi sunt.
 Thomas: *Fateor, gratum mibi fieri, cum*
Papa Ecclesie meæ injurias ulciscitur.
 Tum de damno sibi illato & contume-

c. 14:

Aaa 4 liis,

Sæcul. XII.
A.C. 1170.

liis, statuta jam pace, conquestus adiecit, conversus ad Renaldum, te & plus quam ducentis Equitibus præsentibus, consensit Rex, ut perturbatores Ecclesia per Censuras ad satisfaciendum compellerem; & ego quidem officium Pastoris nunquam abjiciam. His auditis surgunt Equites clamantes: Ecce, adhuc minatur. Et, monachos intuiti, ex Regis mandato, inquiunt, custodite istum. In vestris cervicibus agitur, si effugerit. Ipsi illico exeunt, quos usque ad fores atrii officiose prosecutus Thomas dixit: Sciretote, me neutiquam rediisse, ut iterum fugerem, nec me minarum vestiarum spectu turbari. Cui illi: Ultra ministram aliud senties.

§. XXXII.

Martyrium S. Thomæ Cantuariensis.

c. 15.

Tum ex Palatio Archiepiscopali egredi, amicula & togas projiciunt; unde apparuit, esse loricatos. Tota conjurorum cohors armatur, multique præter gladios, etiam arcus, sagittas, & secures habebant, ac non nullas, quibus portæ arietantur, machinas. Interim

c. 16. 17.

Thomas in sua cella tranquillus persistebat, vixque a monentibus eo adduci potuit, ut saltem ad Ecclesiam, Vesperis inter-